

## Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**Caput XXXII.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn.unibibliothek.de:gbv:ha331148122](http://urn.unibibliothek.de:gbv:ha331148122)

inuitus aut volens ferat proximus tuus, & modestum te præbe  
in omnibus. De his qua apponuntur ede ut homo, ne vorax sis  
instar belus, ne merito in odium venias. Reuerentia causa  
primus desine. Et ne sis vorax helluo, ne amittas gratiam  
apud homines. Cum confederis inter multos, ne primus attin-  
ge impatinam. Homo moderatus paucis contentus est, ideo  
& in grabato agritudinis non gemit anhelus. Et cum stomachus  
non est oneratus, somnus est dulcior. Et eò facilius mane surge-  
re potest, ut sobrius & apud se sit. At inextricabili helluoni  
etiam somnus difficilis est, & cruditate ac tormentibus exercetur  
ventris. Cum edendo excessisti modum, surge & abi, & ad  
quietem te compone.

Prima pars AVARITIAM pecuniae & opibus sollicito animo inhi-  
antem prohibet. Quam supra etiam capite XIIII. vituperavit. Et  
Christus, Matth. 6. & Lucæ 12. & 1. Timoth. 6. longis concionibus taxat.  
Monet autem opes iuste partas esse durabiles: & has ad usus pios & Deo  
placentes, præcipue vero ad homines pios & sanctos eleemosynis iuuandos  
conferri debere. οὐδεὶς δὲ ἐπιλέγεται ταχέως, διναιοῦνται. Qui iustus est,  
opes citò non congeret. Cum sedes ad mensam diuinit. Reliqua pars ca-  
pitis de sobrietate & abstinentia ac modestia in coniunctu hominum & men-  
sis declaranda præcipit. Recitata est autem summa doctrinæ de temperan-  
tia in cibo & potu, & de causis quæ nos ad eam colendam impellere de-  
bent, in enarratione VI. præcepti. Peculiariter autem in hoc capite  
monet Syracides, fugiendos esse inuidos, quorum voluntas non est bene-  
ficia, etiam si ostentatione hospitalitatis & coniuiorum apparatu laudem  
captant. Præcipue vero voracitatem agrestem prohibet, quæ & per se odi-  
osa est, & coniuarium animos alienat, & valetudini ac somno plurimum  
nocet, ut in præceptis de tuenda sanitate dicitur:

Ex longa cœna stomacho fit maxima poena:

Vt sis mane leuis, sit tibi cœna breuis.

Pleraque autem præcepta modestiae & ciuitatis morum in mensa, quæ  
Syracides hoc loco tradit, venustis versibus complexus est Ouidius:

Carpe cibos digitis: est quidam gestus edendi,

Ora nec immunda tota perunge manu.

Neue diu præsume dapes, sed define citra,

Et capias paulò, quamvis cupis esse, minus.

## Caput XXXII.

F

ILLI mi, audi me, & noli me contemnere, ne tan-  
dem verba mea tangant. Incumbe alicui exerci-  
cio & labori, tum non incides in agritudinem.

Eee

Virum

Chyt

Virum beneficium & hospitalem laudant homines, dicuntq; eum esse virum honestum: ( quæ quidem eximia laus est ) At virum parcum & sordidum tota ciuitas vituperat, & recte quidem. Non sis potator vini. Nam vinum multos homines perdit. Fornax probat omnis generis ferrum: Ita vinum animos feroces prodit, cum inebriantur. Vinum recreat hominis vitam, si moderate utaris. Et quæ hac est vita, ubi deest vinum? Vinum creatum est ad exhilarandos homines. Vini moderatus usus, reficit corpus & animam. At si nimio te ingurgites, afferet dolorem acerbissimum. Ebrietas reddit insanum, & fatuum adhuc insaniorem, ut insultet, ferociat, tumultuetur, donec colaphos auferat, verbera & vulnera. Noli proximo tuo conuiciari inter pocula, & non contumeliose tracta cum in latitia eius. Nec proscinde eum conuicijs, neq; asperis sermonibus occurre illi. Accommodate moribus eorum quibus assides. Numeræ quæ debes, si una vis sedere, ut una tecum letari possint, tuq; laudem hanc auferas, ut vir moderatus, comes & affabilis appelleris. Senior loquatur, nam ipsum id decet, ut peritum rerum. Noli turbare symphoniaces, & quando carminac nuntur, noli loquaciter obstrepere. Differ sapientes illos sermones tuos in aliud tempus. Nam sicut carbunculus fulget in auro optimo: ita musica ornat conuiuum: sicut smaragdus in auro fabrefacto: ita carmina ornant symposion. Adolescenti etiam licet loqui, semel aut iterum, cum opus est. Et cum interrogatus fuerit, breuiter loquatur. Sic se gerens, ut agnoscat se imperitum esse, qui tacere malit. Non parem se existimet Dominis. Et seniori loquenti non interruptat sermonem. Tonitrua coniunctas habent coruscationes, verecundia coniunctum habet magnum fauorem. A mensa surge etiam in tempore, & non sis ultimus, sed festinans, vade domum & lude ibi, & facito quod libet, ita tamen, ut nihil patres mali, neque tumultueris. Sed age gratias pro omnibus creatori tuo, qui te condidit, & opibus suis saturauit.

**C**ohæret cum præceptis de TEMPERANTIA & CIVILITATE morum seu MODESTIA in conuicijs declaranda, quæ præcedente capite incoauit. Primum autem de exercitatione corporis monet: Quæ & ad πληρωμὴν, cuius in fine proximi capituli mentionem fecit, emendandum, & in

& in uniuersum ad dirigendas & expellendas superfluitates, & bonam valetudinem tuendam conducit, ut apud Xenophonem Cyrus, inquit, se ceteris τὰ εἰσιτά ὅταν τίποτε ὑγείας μᾶλλον παραμένειν καὶ ιχθύων πεσούμενων. Se elaborare cibum sumtuin: ita enim & sanitatem conseruari & robur corporis augeri. Et Hippocratis sententia nota est: ὡνοί, στία, πετρά, ὕπνοι, πάθη μεγά. Numerant enim medici sex res non naturales, quae cū non sint partes naturae hominis, tamen valetudini hominis seruiunt & nutritionem adiuuant, videlicet, 1. Aēr ambiens. 2. Cibus & potus. 3. Somnus & vigilia. 4. Motus & quies. 5. Euacuatio. 6. Affectus. Hic de quarto & secundo genere, videlicet de motu seu agitatione corporum, & de cibo ac potu sobrio & moderato Syracides præcipit. Ut autem in præcedente capite voracitatem agrestem: ita hoc in loco ebrietatem, cum temperantia pugnantem, prohibet: Cuius vituperationes apud Salomonem Proverbiorum 23. & 31. & Plinium in fine lib. 14. & Senecam epist. 83. & Prophetas, Isa. 5. 28. 29. Ose. 4. Amos 5. 3. Esd. 3. Ephes. 5. & alibi legantur. *Vinum recreat hominis vitam, si moderatè utaris.*

Homerus 18. ζ.

Ἄνδρι δὲ κεκμηῶτι μέντοι μέγας οὖν τοῖς αἰτήσεις.

Ἐγροτό vinum robor mirabile confert.

Epigrammatum lib. 2.

Αὐτοθελῆς οὐδετέροις αἱ πότες οἵ δέ καὶ αἰσχυνοῦ,

ὑδριτῆς οἷα τὸ εἶτι καὶ οἰνοπότη.

περλυμεθεῖς χαίροντε, τὸ δὲ ὄπιστον ηδὺ ποθεῖναι

μέτρον, ἐμοὶ πάτης ἀρκεῖον οὐ φέροσσιν.

Potus sponte, iuuat, sumtus: qui pocula coactus

Ebbit, & vino is, ipse sibi que nocet.

Lurcones valeant, animis sint gaudia nostris,

In vino iustum non superare modum.

Euripides in Bacchis:

Βότεντοις ὑγρὸν πόμη εὔρε κείσενε γνατο

Διητοῖς, οἱ πάντα τὰς ταλαιπώρας βροτάς

λύπης, ὅταν παληθῶσιν ἀμπέλος ροῆς

ὕπνος τε λήθεως τὴν καθ' ήμέραν πακῶν

δίδωσιν, οἵτις εἰς ἄλλο φάρμακον πόνων.

Lyæus vsum vitium mortalibus

Inuenit, vt curas mero depellerent,

Obliuionem ferret & malis sopor,

Quæ singulis diebus hic nos obruunt.

Non efficacius malis est pharmacum.

*Si vinum ingurgites, adfert dolorem acerbissimum.* Od. Φ. οὖν τε τρώσι μεντοντος, οἱ τε ηγγαλλες βλάστει, οἱ αὖ μὲν χαρδὸν ἐλῃ, μὴ τὸ αἴσημα πίνη. Dulcia vina innocent, & laedunt duriter illum, Qui nimium largo stulte se proliuit haustu. Ebrietas reddit insanum. οὖν τοις φρονεοντας εἰς ἀφροσώδη καταβάλλει. Prudentes etiam, vini dementat abusus, vt Alexander ebrius Clytum interficit.

Horatius:

Quid non ebrietas designat? operta recludit,

Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem,

Sollicitis animis onus eximit, addocet artes,

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Contracta quem non in paupertate solutum?

Ecc 2

Virgili-

Chyt

Virgilius :

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,  
 Vno namque modo vina, Venusque nocent.  
 Ut Venus eneruat vires, sic copia vini,  
 Et tentat gressus, debilitatque pedes.  
 Multos coecus amor cogit secreta fateri:  
 Arcanum demens detegit ebrietas.  
 Bellum sœpè parit ferus exitiale cupido,  
 Sœpè manus itidem Bacchus ad arma vocat.  
 Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello:  
 At Lapithas bello perdis Iacche graui.  
 Denique cùm mentes hominum furiauit yterque:  
 Et pudor, & probitas, & metus omnis abest,  
 Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyæum:  
 Ne te muneribus lœdat yterque suis.  
 Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis  
 Seruiat, hos fines transilijisse nocet.

*Noli proximo tuo conuictari inter pocula.* De modestia & comitate & benevolentia iusta in conuiuijs erga συμπότας declaranda, præcipit. οὐ συμποσίους Φίλος ἀπέχεσθαι εἰταρεῖς δηρού, αἰώνιος ηδὲ γδ̄ εἰ φίλη. Cicero ad Pe-  
 tum: Moneo te, quod pertinere ad beatè viuendum arbitror, vt cum viris  
 bonis, iucundis, amantibus tui viuas. Nihil est aptius vitæ: nihil ad be-  
 atè viuendum accommodatius. Nec id ad voluntatem refero, sed ad com-  
 munitatem vitæ atque victus, remissionemque animorum, quæ maximè ser-  
 mone efficitur familiari, qui est in conuiuijs dulcissimus, vt sapientius no-  
 stri, quām Græci illi συμπόσια aut σωδεια, id est, compotationes, aut con-  
 ceonationes, nos conuiua, quòd tum maxime simul viuitur. Senior lo-  
 quatur. Adolescens cùm interrogatus fuerit, breniter loquatur. Conuiuum fit  
 simile alphabeto, in quo sunt literæ, vocales, semiuocales, & mutæ. Vocales  
 sint senes, docti, prudentes, vsu periti. Semiuocales sint iuuenes, qui  
 interrogati breniter & modestè respondeant. Non interrogati sint mutæ,  
 nec alios loquentes interpellant. *Verecundia coniunctum habet magnum  
 fauorem.* A' verecundo, vt Sadoleitus ait, dicta est verecundia, quæ dum se-  
 nes & maiores natu veretur & colit, eorumq; magisterium, vt ita loquar, &  
 malam de se reformidat opinionem: in vultu peccatum pingit, & libera-  
 lem fert criminis commissi mulctam: vadem boni ingenij tamen & expecta-  
 tæ in puerō virtutis: vt sane appositè videatur dictum, Erubuit salua res eff.

## Caput XXXIII.

Pietas vera.

*Q* ui timet Dominum, patitur gubernationem edu-  
 cantis, & qui citò se accommodat disciplina, inue-  
 niet gratiam. Qui querit verbum Dei, opulen-  
 ter hoc nanciscetur. Qui autem non serio afficitur,  
 tantum per hoc reddetur deterior. Qui timet Dominum,  
 scopum